Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26339
Copyright: Admont, Benediktinerstift



longe ab illis grex porcorum multorū
pascens. Demones autem rogabant eum
dicentes. Si eicis nos. mitte nos in gregē
porcorum. Et ait illis. Ite. At illi exeun
tes. abierunt in porcos. Et ecce impetu
abiit totus grex. p preceps in mare. &
mortui sunt in aquis. Pastores autem
fugerunt. Et uenientes in ciuitatem
nuntiauerunt omnia. Et de his qui de
monia habuerant. Et ecce tota ciuitas
exiit obuiam ihū. & uiso. rogabant ut
transiret a finibus eorum. VIIII

ET ASCENDENS IN NAVICVLA.
transfretauit, & uenit in ciuitatem suam. Et ecce
offerebant ei paralyticum. iacentem in
lecto. Et uidens ihc fidem illorū. dix
paralitico. Confide fili. remittuntur
tibi peccata tua. Et ecce quidam de scri
bis. dixerunt intra se. Hic plasphemat.

T. m. lxx.
R. m. xx
l. xxxvii
o l. xxxviii.